Attendant universi presbiteri clerici ac christifi-
deles Religiosi necnon Seculares per Mag-
deburgensem Civitatem diocesim ac provinciam
per totamque Germaniam constituti in presenti
libello sub certis et consuetis titulis ordi-
natas Constitutiones provinciales que etiam
ibi Statuta provincialia vetera et nova
exigente Iure scilicet sanctiones Sacrorum
Romanorum pontificum venerabiliumque generalium ac provin-
cialium Conciliorum et demum per Sacrum Basiliense Concilium
in iudicio et extra iudicium pro Constitutionibus provincialibus
de novo iure cum aliquibus additionibus novellis approbata
sunt mandataque inviolabiliter observari Ea etiam statuta
in singulis Capitularibus Synodis per processus Synodales
eorundem Presulum approbantur confirmantur innovantur sed premissis
in easdem contentis et expressatis irrefragabiliter ab omnibus
Clericis observari precipiunt Cum autem ignorancia voluntaria
omnibus sit nociva presertim sacerdotibus et periculosa prout
quod legitur in Concilio Toletano Ignorancia mater
cunctorum errorum maxime sacerdotibus dei est evitanda
Nullique Clericorum liceat ignorare sacra quod Sacrorum patrum
Regulis possit obviare Ideo ut Ignorancia Statutorum
huiusmodi provincialium tamen notoria per clerum subplantetur
Et ne Clerici singuli indulgentiarum de ipsis conquerendo
premantur pro faciliori correctione et omnium utilitate sparsa
in unum volumen redacta presentibus ut clarent im-
pressorie artis litterulis sunt effigiata

Hec sunt Statuta provincialia concilii Magdeburgensis a domino
petro Archiepiscopo celebrata Sub Anno domini Mccclxx

Nota quod hic liber Statutorum de novo innovatus
et approbatus est in novissima magna Synodo
Magdeburgensi ut patebit inferius in processu
Ideo nulla antiquitas nullaque abrogatio nulla
abolicio nullave immutatio allegari habet contra ea
nec etiam non usus cum sint in usu publicandi in Synodis
sicut et inferius de novo mandatur et publicatio et
observatio Ideo plus ex hoc libro quam ex decreto se quis iuvabit
et salvabit a contradictione Semper hic huius allegare et
hec sunt innovata et noviter approbata ac etiam man-
data publicari et servari debere Sed hic nollet
curare omne id quod de decreto vel decretalibus obtenderet
aut clementinis

Nota constitutio seu statutum Episcopi in sua diocesi ligat
sicut constitutio pape per totum mundum ut ix. q. iij Cuncta
per mundum Et sic etiam videtur quod suo modo statutum Metro-

Incipiunt Statuta provincialia domini
Petri Archiepiscopi Maguntinensis

In nomine patris et filii et spiritus sancti Petrus dei
gracia Sancte Maguntinensis Sedis Archiepiscopus Sacri
Imperii per Germaniam Archicancellarius universis
prelatis Capitulis Conventibus Clero et Clericis
hic Christifidelibus Religiosis sive secularibus per
Maguntinensem Civitatem diocesim et provinciam constitutis
Salutem in domino et presencium repetite lectionis noticiam
constitutis et observanciam inconvulsam Ad honorem
dei omnipotentis gloriosissime virginis Marie matris
eius Beatorum Petri et Pauli apostolorum Sancti Martini
patroni nostri ac Sanctorum omnium pro communi ecclesiarum
et cleri Civitatis et diocesis atque provincie Maguntinensis
bono statu diversas constituciones a venerabilibus patribus
felicissime recordacionis predecessoribus nostris
quorum vestigiis inheremus editas in diversis cartulis
seu libellis dispersas Ita ut de quibusdam earum
an essent constituciones provinciales aut constitucionum
huiusmodi omnium vim haberent poterat verisimiliter
dubitari in unam compilacionem seu libellum ad
tollendum in hoc dubium ex officii nostri debito super-
fluis resecatis duximus redigendas sub certis
et consuetis titulis ordinando Quasdam ex hiis
obscuras declarando Quasdam eciam per novellas
addiciones nostras innovando Causa eciam utilitatis
et brevitatis paucula de communi iure pro flosculis
sumptu tamen non variis admiscendo pro loci et presentis
temporis qualitate Volentes igitur ut omnes
vestri qui nobis sive diocesana lege sive metropo-
litana auctoritate subesse censentur hoc tantum
libello pro constitucionibus provincialibus in futurum
utantur, districtius inhibemus ne quis inantea
pro constitucionibus huiusmodi presumat in iudicio vel
extra aliis uti cartulis seu quaternis quos fide
carere decrevimus in hac parte hoc sacro concilio
cum venerabilibus fratribus et prelatis nostris aliis presidentibus

a suis officiis suspendantur

Et quia prelati rectores vicariis suis relinquunt
adeo exiguam porcionem quod ex ea nequeunt
sustentari generali concilio inherentes statuimus ut ipsis
vicariis sufficiens et honesta porcio de proventibus
ecclesie assignetur alioquin ipsos rectores suis decernimus
ecclesiis spoliandos

Preterea quorumdam pastorum maliciis qui singulis
annis vicarios a suis ecclesiis in quibus per
consensum diocesani vel archidiaconi instituti noscuntur
ob quendam turpem questum amovere satagunt obviare
volentes predecessorum nostrorum statutis duximus annectandum
ut vicarius taliter institutus ab eadem vicaria ad
instanciam veri pastoris non aliqua racione amoveatur nisi
pastor actu sacerdos existens suam velit ecclesiam
regere per se ipsum vel aliquam causam racionabilem
amocionis contra suum vicarium coram diocesano et loci
archidiacono assignare velit et valeat probare

Quia enormis quedam consuetudo in quibusdam
Alemanie partibus contra canonicas sanctiones
invaluit ut ponantur in ecclesiis sacerdotes conducti vel
vicarii temporales, ne id de cetero fiat auctoritate legacionis
qua fungimur omnibus modis inhibemus Sed cum vicarius
pom debet et potest presentetur instituatur de assensu
et auctoritate diocesani vel archidiaconi loci eiusdem ut episcopus
vel archidiaconus talem instituat nisi ei tantum de bonis
ecclesie coram eo fuerit assignatum unde iura episcopi et
archidiaconi possit persolvere et congruam ac sufficientem suste-
tacionem habere

Adhec plerumque contingit quod iudices delegati seu
subdelegati ad quos simpliciter commissiones
sub forma communi diriguntur ultra quam paciantur fines commissi
procedentes terras civitates opida et villas ecclesiastico
subiciunt interdicto innovantes eciam super hoc brachium
seculare Nos igitur volentes huiusmodi iniquis processibus
obviare presenti scripto declaramus de fratrum nostrorum
consilio et assensu quod sacerdotes nostre civitatis et diocesis

B. Quamvis alias in Reformacionibus nostrorum Iudiciorum Ecclesiasticorum circa subditos litigantes Advocatos procuratores et alios summo studio sit provisum certa tamen ordinacione huiusque presertim procuratores nostri circa clientulos sive litigantes minime observare curantes quos cum maximo eorum dispendio et in tocius nostre Iurisdictionis contemptum aggravavant. Sicque novis morbis nova utique convenit antidota preparari. Sic itaque morbo pro ut subinfra sequitur duximus occurrendum et providendum

Quemadmodum ex gravi ad nos infirmacione pervenit quod procuratores Iudiciorum Ecclesiasticorum in offensam dei et preiudicium contra reformationis seriem alias editam clientulos seu litigantes sepenumero et excessive gravavant ac ab eis in primordio litis Immoderatas pecunias summas pro advocatis aliisque Iudicialibusque actis petere quas tamen sibiipsis incorporant mendicandique in modum et sub diversis coloribus et fraudibus exquisitis extorquere non verentur. Sicque raro aut nunquam in causis advocatorum utuntur consiliis nisi gravissima necessitate coacti per quod litigantes gravibus sumptibus admodum onerantur advocati eorum salariis defraudantur. Et plerumque propter non advocatorum assistencia cause periclitantur. Nos igitur perniciosis huius ausibus obviare volentes de nostrorum fidelium consilio statuimus et ordinamus ut deinceps procuratores tam in plenariis quam in summariis causis Reformaciones circa eos editas et consuetas attencius quam hactenus factum est observare studeant. Si qui vero reperti fuerint contrarium egisse ultra penas inibi contentas transgressores gravi ultione corporis et rerum mulctare curabimus

Item Reformacionibus Iudiciorum per nostros predecessores alias editis subscriptos Articulos addiciendo statuimus Illosque irrefragabiliter observari districte precipiendo mandamus videlicet quod deinceps in omnibus et singulis pendentibus causis in quibus gelisum

cause seu causarum cuiuslibet Consistorii huiusmodi nostre Civitate
Herbip presidentem velit nullus recipiat et nequaquam admittat
ac tam facere penis de quibus supra granat arceantur
Quodque additionalis articulus ad articulos in refor-
macionibus positos ibi scilicet volumus etc. et ibi Statuimus
etc. et coordinamus ponatur et inseratur, Quem etc.
presentes apponi et annecti atque in et ad librum refor-
macionum Iudiciorum Ecclesiasticorum poni volumus Datum
et Actum in Civitate nostra Herbip in die Sancti
Iohannis Baptiste, Anno domini M° [illegible]